AMBROSIUS MEDIOLANENSIS
2. Viertel 12. Jh.
Seite 153v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

rationis fructus maneant. Sicut cum laete fragilesque iactantur homo iniqui
tatis tamquam folia synagogae ramosque induerit. tunc credens ipse appropin
quare iudicium. Iam renunciare fidei dens et delinquendi finem affectat
festinat. Duplice igitur habet figuram hic ficulnea. uel cum dura mutescunt
uel peccata luxuriant. Iam per fidem credentium quae arebant ante flo
rebunt. et per gratiam delictorum peccatores gloriabuntur. Ubi fructus e
fidei hic per fidei lasciuia. Fructum michi ficulneae agricolae euangelicae
cul tura promittit. Desperare non debemus. si foliis ficulneis peccato
res se tamquam fraudis uestes texerunt ut conscientiam uelarent. Ergo
folia suspecta sine fructu tales uestes caeles paradisi habent
Ecce introeuntib uobis in ciuitatem occurrit uobis homo ampho
ram aquae portans. Bonum est considerare ubi dens pascha faciat. Secun
dum matheum habes. Ite in ciuitatem adquendam. Primum maiestatem diuinitatis
aduertere cum discipulis loquitur. et iam nouit quid alibi sit futurum. Deinde dig
nationem eius intuere. quia non persona diuitis aut potentis elegitur. sed
pauper ambitur et angustum hospicium pauperis amplissimis nobilium cibis
anteferitur. Ite inquit adquendam. Scicbas dine nomen eius cui ministerium
scicbas. cui scicbas occursum. Sed ideo sine nomine designatur ut ignobi
lis estimetur. Hic nihil hic compositum. ubi non ex primitur persona sed causa.
Secundum marcum autem lagenam aquae portans. Hic ergo apostolis mandatur
sequendus. Et quomodo pater familias. ut cognoscas scientiae diffini
tionem et non census. Quomodo in superioribus habens stratum. ut magnum
mentum eius aduertens agnoscas in quo dens cum discipulis sublimium
uirtutum eius delectatione requiescere. Vtinam ergo michi contingat
amphoram aquae portare. contingat lagenam aquae portare quam portat
pater familias. habens in superioribus stratum magnum. Quid est enim am
phora nisi mensura perfectior. non mediocres qui mensuram habent
Deinque dens mensuram inquit bonam cumulatam superfluentem dabunt
uobis. Iam de aqua quid loquar. supra quam ante ipsos mundi